



Instituto Gregoriano de Curitiba  
**Santa Missa na Forma Tradicional do Rito Romano**  
**Festa de São Pedro e São Paulo**

Texto extraído do Missale Romanum 1962, adaptado às determinações do motu proprio “Traditionis Custodes”, publicado em julho de 2021.

*Festa de 1ª classe – Paramentos vermelhos*

**Intróito** (*Atos 12, 11; Salmo 138, 1-2*)

Nunc scio vere, quia misit Dóminus Angelum suum: et eripuit me de manu Heródis, et de omni expectatíone plebis Judæórum. *Ps.* Dómine, probásti me, et cognovísti me: tu cognovísti sessiónem meam et resurrectíonem meam. *Ÿ* Gloria Patri...

Agora sei verdadeiramente que Deus enviou o seu anjo e que me salvou das mãos de Herodes e de tudo o que esperava o povo dos Judeus. *Sl.* Senhor, Vós me provastes e conhecestes! Vós sabeis quando me deito e me levanto. *Ÿ* Glória ao Pai...

**Coleta**

Deus, qui hodiérnam diem Apostolórum tuórum Petri et Pauli martýrio consecrásti: da Ecclésiæ tuæ, eórum in ómnibus sequi præcéptum; per quos religiónis sumpsit exórdium.

Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**R Amen.**

Ó Deus, que consagrastes este dia com o martírio dos bem-aventurados Apóstolos Pedro e Paulo, dai que a vossa Igreja em tudo siga o preceito daqueles por meio dos quais Vos dignaste fundá-la.

Por Nosso Senhor Jesus Cristo, vosso Filho, que, sendo Deus, convosco vive e reina na unidade do Espírito Santo por todos os séculos dos séculos.

**R Amém.**

**Epístola** (*extraída dos Atos dos Apóstolos 12, 1-11*)

Léctio Actuum Apostolórum.

In diébus illis: Misit Heródes rex manus, ut afflígeret quosdam de ecclésiá. Occídít autem Jacóbum fratrem Joánnis gládio. Videns autem quia placéret Judæis, appósuit ut apprehénderet et Petrum. Erant autem dies azymórum. Quem cum apprehendísset, misit in cárcerem, tradens quátuor quaterniόνibus mílitum custodiéndum, volens post Pascha

Naqueles dias: o rei Herodes tomou medidas visando maltratar alguns membros da igreja. Mandou matar à espada Tiago, irmão de João. Vendo que isso agradava aos judeus, mandou prender também a Pedro. Eram os dias dos Pães sem Fermento. Depois de prender Pedro, Herodes lançou-o na prisão, sob a guarda de quatro turnos de quatro soldados.

prodúcere eum pópulo. Et Petrus quidem servabátur in cárcere. Orátio autem fiébat sine intermissióne ab ecclésia ad Deum pro eo. Cum autem productúrus eum esset Heródes, in ipsa nocte erat Petrus dórmians inter duos mílites, vincus caténis duábus: et custódes ante óstium custodiébant cárcerem. Et ecce Angelus Dómini ástítit: et lumen refúlsit in habitáculo: percussóque látere Petri, excitávit eum, dicens: Surge velóciter. Et cecidérunt caténæ de mánibus ejus. Dixit autem Angelus ad eum: Præcingere, et cálcea te cáligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi: Circúmda tibi vestiméntum tuum, et sequére me. Et éxiens sequebátur eum, et nesciébat quia verum est, quod fiébat per Angelum: existimábat autem se visum vidére. Transeúntes autem primam et secúndam custódiám, venérunt ad portam férream, quæ ducit ad civitátem: quæ ultro apérta est eis. Et exeúntes processérunt vicum unum: et contínuo discéssit Angelus ab eo. Et Petrus ad se revérsus, dixit: Nunc scio vere, quia misit Dóminus Angelum suum, et erípuit me de manu Heródis, et de omni expectatióne plebis Judæórum.

**℞ Deo gratias.**

Herodes tinha a intenção de apresentá-lo ao povo, depois da festa da Páscoa. Enquanto Pedro era mantido na prisão, a Igreja orava continuamente a Deus por ele. Quando Herodes estava para apresentá-lo, naquela mesma noite, Pedro dormia entre dois soldados, preso com duas correntes e os guardas vigiavam, à porta da prisão. De repente, apareceu o anjo do Senhor e uma luz iluminou a cela. O anjo tocou o ombro de Pedro, acordou-o e disse: “Levanta-te depressa!”. As correntes caíram-lhe das mãos. O anjo continuou: “Põe o cinto e calça tuas sandálias!”. Pedro obedeceu, e o anjo lhe disse: “Envolve-te no manto e vem comigo!”. Pedro acompanhou-o, sem saber que a intervenção do anjo era realidade, pensava que fosse uma visão. Depois de passarem pela primeira e pela segunda guarda, chegaram ao portão de ferro que dava para a cidade. O portão abriu-se por si mesmo. Eles saíram, caminharam por uma rua e, logo depois, o anjo o deixou. Então, Pedro caiu em si e disse: “Agora sei, de fato, que o Senhor enviou o seu anjo para me livrar do poder de Herodes e de tudo o que o povo judeu esperava!”.

**℞ Graças a Deus.**

### **Gradual** (*Salmo 44, 17-18*)

Constítues eos príncipes super omnem terram: mémores erunt nóminis tui, Dómine. **℣** Pro pátribus tuis nati sunt tibi fílii: proptérea pópuli confitebúntur tibi.

Contituí-los-eis príncipes, Senhor, de toda a terra e recordar-se-ão sempre do vosso nome. **℣** Nasceram-vos filhos para ocupar o lugar dos vossos pais. Por isso os povos Vos louvarão, Senhor.

### **Aleluia** (*Mateus 16, 18*)

Allelúia, allelúia. **℣** Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam. Allelúia.

Aleluia, aleluia. **℣** Tu és Pedro e sobre esta pedra edificarei a minha Igreja. Aleluia.

## Evangelho (segundo São Mateus 16, 13-19)

Dominus vobiscum.

**℞ Et cum spiritu tuo.**

Sequentia Sancti Evangelii secundum  
Matthæum.

**℞ Gloria tibi, Domine.**

In illo tempore: Venit Jesus in partes  
Cæsarææ Philippi, et interrogabat  
discipulos suos, dicens: Quem dicunt  
hómnes esse Fílium hómnis? At illi  
dixerunt: Álii Joánnem Baptistam, álii  
autem Elíam, álii vero Jeremíam, aut unum  
ex prophétis. Dicit illis Jesus: Vos autem  
quem me esse dicitis? Respóndens Simon  
Petrus, dixit: Tu es Christus Fílius Dei vivi.  
Respóndens autem Jesus, dixit ei: Beátus  
es, Simon Bar Jona: quia caro et sanguis  
non revelávit tibi, sed Pater meus, qui in  
cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus,  
et super hanc petram ædificábo Ecclésiám  
meam, et portæ ínferi non prævalébunt  
advérsus eam. Et tibi dabo claves regni  
cælórum. Et quodcúmque ligáveris super  
terram, erit ligátum et in cælis: et  
quodcúmque sólveris super terram, erit  
solútum et in cælis..

**℞ Laus tibi, Christe.**

O Senhor seja convosco

**℞** E com vosso espírito.

Sequência do santo Evangelho segundo  
Mateus.

**℞** Glória a Vós, Senhor.

Naquele tempo: Jesus foi à região de  
Cesaréia de Filipe e ali perguntou aos seus  
discípulos: “Quem dizem os homens ser o  
Filho do Homem?”. Eles responderam:  
“Alguns dizem que é João Batista; outros,  
que é Elias; outros, que é Jeremias ou um  
dos profetas”. Então disse-lhes: “E vós,  
quem dizeis que eu sou?”. Simão Pedro  
respondeu: “Tu és o Cristo, o Filho do  
Deus vivo”. Jesus então declarou: “Bem-  
aventurado és tu, Simão, filho de Jonas,  
porque não foi carne e sangue que te  
revelaram isso, mas meu Pai que está nos  
céus. Por isso, eu te digo: tu és Pedro, e  
sobre esta pedra construirei a minha Igreja, e  
as portas do Hades não prevalecerão contra  
ela. Eu te darei as chaves do Reino dos  
Céus: tudo o que ligares na terra, será  
ligado nos céus, e tudo o que desligares na  
terra, será desligado nos céus”.

**℞** Louvor a Vós, ó Cristo.

## Antífona de Ofertório (Salmo 44, 17-18)

Constítues eos príncipes super omnem  
terram: memóres erunt nóminis tui,  
Dómine, in omni progénie et generatióne.

Constituí-los-eis, Senhor, príncipes de toda  
a terra e recordar-se-ão sempre do vosso  
nome.

## Secreta

Hóstias, Dómine, quas nómini tuo  
sacrándas offérimus, apostólica prosequátur  
orátio: per quam nos expiári tríbuas et  
deféndi.

Acompanhe a prece dos vossos Apóstolos,  
Senhor, os dons que Vos oferecemos, para  
serem consagrados em vosso nome, e fazei  
que por meio dela alcancemos o perdão e a  
paz.

Per Dóminum nostrum Jesum Christum  
Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in  
unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia  
sæcula sæculórum.

**R Amen.**

Por Nosso Senhor Jesus Cristo, vosso  
Filho, que, sendo Deus, convosco vive e  
reina na unidade do Espírito Santo por  
todos os séculos dos séculos.

**R Amém**

### **Prefácio dos Apóstolos**

Vere dignum et justum est, æquum et  
salutare. Te, Dómine, suppliciter exoráre,  
ut gregem tuum, Pastor ætérne, non  
déseras: sed per beátos Apóstolos tuos  
contínua protectióne custódias: Ut iisdem  
rectóribus gubernétur, quos óperis tui  
vicários eidem contulísti præesse pastóres.  
Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum  
Thronis et Dominationibus, cumque omni  
milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ  
tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

**R Sanctus...**

É verdadeiramente digno e justo,  
necessário e salutar pedir-Vos suplicantes,  
Senhor, não abandoneis o vosso rebanho,  
Pastor eterno, mas pelos vossos bem-  
aventurados Apóstolos o cerqueis de  
contínua proteção; seja ele governado pelos  
mesmos chefes, continuadores vicários da  
vossa obra, que à frente dele pusestes como  
pastores. E eis por que, em união com os  
Anjos e Arcanjos, com os Tronos e  
Dominações, com toda a milícia celeste,  
cantamos um hino à vossa glória, repetindo  
sem fim:

**R Santo...**

### **Antífona de Comunhão (Mateus 16, 18)**

Tu es Petrus, et super hanc petram  
ædificábo Ecclésiám meam.

Tu és Pedro e sobre esta pedra Eu edificarei  
a minha Igreja.

### **Pós-comunhão**

Quos cælésti, Dómine, alimento satiásti:  
apostólicis intercessiónibus ab omni  
adversitate custódi..

Per Dóminum nostrum Jesum Christum  
Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in  
unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia  
sæcula sæculórum.

**R Amen.**

Senhor, que nos sustentais com o celeste  
alimento, defendei-nos, por intercessão dos  
vossos Apóstolos, de toda a adversidade.

Por Nosso Senhor Jesus Cristo, vosso  
Filho, que, sendo Deus, convosco vive e  
reina na unidade do Espírito Santo por  
todos os séculos dos séculos.

**R Amém.**